

Disputatio
 1 Dominus et magister noster
 Iesus Christus dicendo. Penitentiam agite.
 etc. omnem vitam fidelium penitentiam esse voluit. 2
 Quod verbum de penitentia sacramentali (id est confessionis
 et satisfactionis que sacerdotum ministerio celebratur) non potest
 intelligi. 3 Non tamen solum intendit interiorem:
 immo interior nulla est. nisi foris operetur varias
 carnis mortificationes. 4 Manet itaque pena donec
 manet odium sui (id est penitentia vera intus)
 scilicet usque ad introitum regni celorum. 5 Papa non
 vult nec potest ullas penas remittere. preter eas:
 quas arbitrio vel suo vel canonum imposuit. 6 Papa
 non potest remittere ullam culpam nisi declaran do
 et approbando remissam a deo. Aut certe remittendo
 casus reservatos sibi quibus contemptis culpa
 prorsus remaneret. 7 Nulli prorsus remittit deus
 culpam: quin simul eum subiciat: humiliatum in
 omnibus: sacerdoti suo vicario. 8 Canones penitentiales solum
 viventibus sunt impositi. nihilque morituris secundum eosdem debet imponi.
 9 Inde bene nobis facit spiritussanctus in papa. excipiendo in suis decretis
 semper articulum mortis et necessitatis. 10 Indocte et male
 faciunt sacerdotes ii: qui morituris penitentias canonicas
 in purgatorium reservant. 11 Zizania illa de mutanda pena
 Canonica in penam purgatorii. videntur certe
 dormientibus episcopis seminata. 12 Olim pene
 canonice non post: sed ante absolutionem imponebantur:
 tanquam tentamenta vere contritionis. 13 Morituri per
 mortem omnia solvunt. et legibus canonum mortui
 iam sunt habentes iure earum relaxationem. 14
 Imperfecta sanitas seu charitas morituri:
 necessario secum fert magnum
 timorem, tantoque
 maiorem: quanto minor fuerit ipsa. 15 Hic timor et horror
 satis est. se solo (ut alia taccam) facere penam purgatorii:
 cum sit proximus desperationis horrori. 16 Videntur infernus:
 purgatorium: celum differre: sicut desperatio: prope desperatio.
 securitas differunt. 17 Necessarium videtur animabus in
 purgatorio: sicut minui horrorem. ita augeri charitatem. 18 Nec
 probatum videtur ullis: aut rationibus aut scripturis. quod sint
 extra statum meriti seu augende
 charitatis. 19 Nec hoc probatum esse videtur: quod sint
 de sua beatitudine certe et secure saltem omnes. licet nos
 certissimi simus. 20 Igitur papa per remissionem
 plenariam omnium penarum. non simpliciter omnium.
 intelligit: sed a seipso tantummodo imposituram. 21 Errant
 itaque indulgentiarum predicatorum. ii: qui dicunt per pape
 indulgentias: hominem ab omni pena solvi
 et salvari. 22 Quin nullam remittit
 animabus in purgatorio:
 quam in hac vita debuissent
 secundum Canones solvere. 23 Si remissio ulla omnium
 omnino penarum: potest
 alicui dari. certum est eam
 non nisi perfectissimis.
 idest paucissimis dari.
 modum suffragii dat
 animabus remissionem. 24
 Falli ob id necesse est maiorem partem populi: per
 indifferentem illam et magnificam pene solute promissionem. 25
 Qualem potestatem habet papa in purgatorium generaliter:
 talem habet quilibet Episcopus et Curatus in sua diocesi
 et parochia specialiter. 1 [26] Optime facit papa: quod
 non potestate clavis (quam nullam

Thesen

JETZT.



Reformationstag 2017

**Festgottesdienst in
 ökumenischer Weite**

**am Dienstag, 31. Oktober um 17 Uhr
 in St. Johannis Lüneburg**

Glockenläuten // Gäste // Thesenpredigt // Festklänge
 Schmaus bei Lutherbrot und Bier

